Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

verba mea in cõspectu principis.
Oratio. Deus omnipotens et misericors. ut hec salutaris oblatio. et a prepositis tentationibus nos indesinenter expediat. et ab omnibus tueat adversis. Per. Cõ. Dico vobis gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Postcõm. Sumpsimus domine sacri dona mysterii humiliter deprecantes. ut quod iniunxisti nos commemoratione facere perficiamus. in nobis proficiat in firmitatis auxilium. Per. Ofta iij. Ad Rome. Finis p̃ chymotheum. Finis autem precepti est caritas. de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conversi sunt in vanum loquium. volentes esse legislatores. non intelligentes. neque quod loquuntur. neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex. si quis ea legitime utatur. hoc sciens quia iusto non est lex posita. sed iniustis et non subditis. impiis et peccatoribus. sceleratis et contaminatis. patricidis et matricidis. homicidis et fornicariis. malacis. hominum concubitoribus. plagiariis. mendacibus et periuris et si quid aliud sane doctrine adversatur. que secundum evangelium glorie beati dei quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortavit in xpo ihu domino nostro. Tractus. Dixit. S. marcus. non. do. i. d. s. Habete fidem dei. Amen dico vobis. quia quicumque dixerit monti huic tollere et mittere in mare. et non hesitaverit in corde suo. sed crediderit. quia quodcumque dixerit fiat. fiet ei. Iterum dico vobis. Omnia quecumque orantes petitis credite quia accipietis et venient vobis. Et cum stabitis adorandum dimittite si quid habetis adversus aliquem. ut et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Ofta xj. Ad ephes. Dico igitur et testificor in domino. ut iam non ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum. alienati a vita dei per ignorantiam quae est in illis propter cecitatem cordis ipsorum. qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem immunditiae omnis in avaritiam. Vos autem non ita didicistis xpm. Sequentia Hallelu. Dix. do. i. d. l. marcum. Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis et adicietur vobis. Qui enim habet dabitur illi. et qui non habet. etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei quemadmodum si homo iaciat semen in terra et dormiat et exurgat nocte ac die. et semen germinet et increscat